



Q. R. B. V.  
POSITIONUM JURIS FEUDALIS  
*Exercitatio Decima quarta*  
DE  
**RENOVATIONE  
INVESTITURÆ,**

80 14  
1644  
82

*Quam*  
PRÆSIDE  
CASPARE HEINRICO HORNIO,  
J.U.D. Pandectarum P.P. atq; Collegiorum  
Juridicorum, quæ hic sunt, Adessore,

402

*D. 27. Novembr. M DC. XCIV.*

*In Auditorio Jctorum*  
publice defendet

**GEORGIUS GODOFREDUS HOFMANN,**  
Seyda-Saxo.



WITTEMBERGÆ, Prælo GODERITSCHIANO.











I. N. D. N. I.

Th. I.

**Q**uotiescunque vel Dominus, vel Vasallus sive morte, sive alienatione, sive felonia mutatur, toties fieri debet renovatio investituræ, seu confirmatio contractus feudalis & juris Feudistici antea jam constituti & in successorem devoluti. *II. F. 3. pr. 24. 32. 40. Rosenthal. c. 6. c. 30.* tum, ut mutato domino appareat, quod dominus, qui succedit à Vasallo agnoscat, tum ut constet successorem Vasalli à Domino rem in Feudum & tanquam beneficium recognoscere, tum denique, ut declaretur, Dominum illum, qui petit renovationem pro Vasallo haberi, sicque longinquitate temporis Jus Domini & Vasalli non obscuretur, ut reddatur dubium. *Sylvan. de recogn. Feud. qu. 12.* cujus rei originem eleganter exponit *Struv. c. 10. n. 2.* Accedit, quod in Feudis regulariter fides juramento promitti debeat, hocque juramentum cum morte jurantis, quoad vinculum perjurii expiret. *Dd. ad C. 14. X. de jurej.* Quâ de causa necesse est, ut denuo juratò promittatur fides. Sunt qui putant, hac renovatione & id agi, ut possessio in Vasallum transeat. *Boc. de Inv. Feud. c. 2. n. 61.* sed non putamus, his esse accedendum. Ea enim plerumque est jam penes novum Vasallum, qui vacuam apprehendere post mutationem statim potest, aut tertium, à quo peti debet, *II. F. 8.* licet interdum per accidens fiat, ut reversa ad dominum simul præstari soleat. *Ludw. T. 1, de renov. Invest. p. 319.* Cæterum quoniam hæc renovatio investituræ ad naturalia Feudi pertinet. *II. F. 24.* pacto illam remitti posse, nullum dubium est. *Ludw. d. l. p. 333.*

II. In mentem venit quosdam existimare vernaculam vocem *Lehns-muthung* ita dici à mutando, quoniam illa fieret mutato Domino

A

mino



mino, aut Valallo. Sed ludunt saltem, nisi insigniter fallimur, vocibus. Certum namq; est, vocabulum Muthen/anmuthen germanicum esse, ac idem significare, ac ansinnen/ansuchen/bitten/ *ic. Wehn. voce Muth-Zettel.* Hinc etiam opifices, qui ad magisterium admitti petunt, muthen/ einmuthen dicuntur; item de illis, qui concessionem fodinæ metallicæ petunt, dicitur, daß sie den Gang gemuthet. *vid. Berg-Inform. III. D. à Schönb. hac voce.*

III. Patet hinc omnem in Feudum etiam regale (*Itter. de F. Imp. c. XI. §. 1.*) succedentem Feudo ad se devoluto, cujuscunque sit conditionis (licet dignior sit alias, vel superior domino *II. F. 100. Ludw. d. l. p. 323.* debere petere renovationem investituræ (sub qua oblatio ad fidelitatem tacitè subintelligitur. *Ludw. Tr. p. 355. diff. Finckelb. disp. 7. tb. 12. Conf. c. 22. 50. Lehn II.*) & quidem humiliter & devotè *II. F. 23. vers. quomodo enim Capit. Leopold. art. 4. verb. gebührendt ersucht und angelanget werden.* licet primus pro se & successoribus investitus, & juraverit. *Ludw. Synops. p. 328.* licet etiam juramenti præstatio remissa. *Struv. d. l.* Nec interest, utrum Feudum sit acquisitum investitura, an præscriptione. *Ludw. de rem Inv. c. 1. p. 320.* Sed si nge Vasallum Domino ejusque successoribus jam jurasse, Dominum vero fato esse functum: opus sane & hoc casu ob rationes antea dictas erit renovatione investituræ: dubium tamen videtur, an iterata promissio jurata sit necessaria? Fatemur necessariam nobis illam non videri cum *Rosenthalio 6. 35. 3. a. c. 14. X. de jurej.* exigere tamen eam usum certissimum est. *D. Struv. & Lynck. X. V. 3. C. Zes. ad T. X. de Jurej. q. 4.* Cæterum si juratum Domino & successoribus, fidem gradatim deberi palam est.

IV. E contrario illis, ad quos Feudum non est devolutum, quique actu non succedunt, petitio renovationis investituræ nequam incumbit, siue sint agnati ex primo acquirente descendentes, siue extranei expectativam habentes simplicem. *argm. II. F. 52. in fine H. Pistor. p. 2. q. 20. n. 31. Vultej. I. F. 7. n. 81. Schneidew. p. 5. c. 2. n. 30.* quorum hos etiam in Saxonia ab hac re immunes esse testatur *Constit. 45. p. 2. def. 10.* Hinc quoq; si divisione facta uni ex liberis obtingat Feudū aliquod, hic solus petit renovationem Investituræ. *§. omnes II. F. 26. reliquorum Jure ex primâ Investitura competente nihilominus manente*

*Rhet.*



Salva II. F. 11. II. F. 50. Rbet. I. F. 1. p. 84. n. 2. Sunt, qui in Feudis regalibus aliud obtinere arbitrantur, existimantes intuitu illorum etiam istum, qui non possidet, investituram renovare debere: atq; hanc in rem allegare solent. *pr. I. F. 14.* Sed vix est, ut assensum mereantur verba enim finalia: *Nisi ab Imperatore per investituram adquisierit*, procul dubio de renovatione investituræ successione delata sunt intelligenda.

V. Jus Saxonicum in alia plane abit, siquidem juxta communem Dd. Sax. sententiam simultaneè investiti, quoties per mortem Domini, vel mortem Vasalli possessoris mutatio contingit, novationem simultaneæ investituræ sub pœna amissionis juris petere tenentur, etiamsi pro se & successoribus vasallus sit investitus. (*Diff. quoad hoc Berl. p. 2. const. 53. n. 29.*) *cap. 32. Lehn-R. M. Pist. concl. 14. n. 19.* Quod in terris Electoratus expressa sanctione *Const. XLV. P. 2.* cautum est: Der gesampften Hand aber soll ein jeder/dem sie verschrieben/wenn dieselbige durch Absterben des Lehn-Herrns/ oder des Lehn-Mannes und Besizers gebrochen/ ungeacht/ ob er gleich das Guth in würcklichen Besiz nicht hat/ innerhalb Jahr und Tag/ von Zeit der Wissenschaft an/ Folgezuthun pflichtig seyn. Quod in tantum verum est, ut renovationis omissæ exceptio non tantum à Domino, & agnatis, sed etiam à tertio, in quem Feudum translatum objici possit, ad impediendam revocatoriam actionem: perditio namque jure simultaneæ investituræ, nec actio revocatoria inde competens ulterius competere poterit. *H. Pist. p. 2. qu. 20. n. 33.* Nec ille excusatur, qui alibi domicilium habet, si probabilem ignorantiam, vel aliam justam exculationem non possit allegare. *Carpz. p. 2. C. 45. d. 20.* Imo etiam, si divisio Feudi facta sit, inter dividentes & illorum descendentes simultanea investitura expirat juxta vulgatum: Theilung bricht gesampfte Hand. *Lehn-R. cap. 32. d. constit. 45. p. 3.* Gleichergestalt so wird die gesampfte Hand und Anwarttung/ durch Theilung der Lehn-Güter/ vermöge Sächß. Rechte gebrochen/ und derowegen sollen die/ so sich getheilet/ und hiebevör die gesampfte Hand gehabt/ alsdenn anderweit Verneurung des Gesamtnuß in gebührlicher Frist erlangen/ die ihnen auch unweigerlich geliehen werden sollen. Wenn denn jemand sein Lehn-Guth/ daran ein ander die gesampfte Hand



hat/ verkaufft oder verändert/ so soll durch solche alienation die die gesampte Hand nicht gebrochen seyn/ es hette denn der/ so sie hat/ in solche Verenderung/ Krafft eines vorgehenden Pactts/ Verschreibung/Revers, oder sonst hernach gewilliget/ oder were nach Verordnung der Rechte wieder ihn præscribirt/ darnach sich unsere Hoffgerichte/Facultäten/ und SchöppenStühle/ im Erkennen und Sprechen zu halten haben. Opus itaque est, ut qui jure suo in reliquorum dividendum partibus excidere non volunt, renovationem hoc intuitu petant: Daß sie die Verneuerung des Gesamptnüsses gegen einander suchen/ und erlangen. *H. Pist. qu. 20. n. 35.* Cæterum sola alienatione à possessore facta cum consensu Domini jus simultaneæ Investituræ non rumpitur, nisi & simultaneè investitus consentiat. *Carpz. d. constit. 48. def. 25.* Quo consensu præstito ita excidit suo jure, ut invito Domino, & novo possessore ad illud pervenire iterum non possit. Lusatia superior jus Saxonicum commune quidem servat, longo tamen usu receptum, & in ordinatione Feudali Potent. Electoris Saxonici de anno 1653. disertè cautum est, renovationem simultaneæ Investituræ non, nisi ab eo, ad quem possessio Feudi est devoluta, fieri debere.

VI. Jus Saxonicum ipsi quoque Serenissimi Electores & Duces Saxonix observant circa renovationem Investituræ, tum quoad Feuda Imperii, tum etiam quoad Bohemica *Zobel. p. 1. diff. 18. n. 33. M. Pist. conf. 40. num. 20. & 40. vol. II. Schurff. conf. 99. p. 1. Wesenb. de Feud. c. 8. vers. nec modo 10. H. Pistor. p. 2. qu. 20. n. 20. Coler. de jure Imp. German. th. 63.* Id quod præter hos Autores non tantum transactio Naumburgensis inter Electores AUGUSTUM & JOHANNEM FRIDERICUM 1654. inita, & à Cæsare confirmata his verbis: Da auch irgent articul fürsielen/ die sich in die Sächß. Rechte in die haupt Sachen ziehen thäten/ darinnen soll denenselben Sächß. Rechten nach gesprochen werden. *Hortled. T. II. c. 88. n. 974.* verum & etiam praxis, & observantia abundè testantur. *Vid. actus Invest. Saxonica à D. Stryk. in App. Exam. I. F. relatos N. 1.* Illud vero questionis est, num alii Principes vel Comites ad Feuda Imperii, in quibus Jus Saxonicum viget, pervenire possint sine simultanea investitura, & ejus renovatione? Negativa, nisi fortasse aliud quid obstat, nobis



nobis placet, & ideo quidem, quia Feuda omnia Imperii quoque data esse censentur secundum jus & mores loci & regionis, ubi sita; atque controversiæ de ipso Feudo secundum jura ejusdem loci, ubi sunt sita, decidendæ. *Rosenthal. c.1. C.14. Carpzov. III. 12. 12. Conf. O. Cam. p. 11. t. 57. O. Jud. Aul. Nov. T. III. verb.* In welchen Geschlechtern/ und den jenigen Reichs Kreyßen/ da die simultanea Investitura hergebracht/ und in Gebrauch/ dabey soll solche auch gehalten/ und derselben nach gelebet werden. Cumque sic in terris Lauenburgicis non tantum jus Saxonicum vigeat, (Sachsen Lauenbl. Hoffg. Ordn. 1674. F. 1. §. 6.) verum etiam ipsæ Electorum & Ducum Saxonie patrimonii antiqui sint partes in ipsa Saxonia sitæ, nullum dubium est, quin à Potentissimo Electore Saxonie Celsissimæ Domui Anhaltinæ exceptio deficientis simultaneæ Investituræ, vel si maximè illam unquam obtinuerit, de quo adhuc sub Judice lis est, omissæ renovationis investituræ optimo jure objiciatur. Habent Anhaltini quod regerant, prout videre est ex deductionibus 1671. 1689. editis: verum non est nostrum ista sub examen vocare. *Conf. litter. de F. Imp. c. 10. §. 9.*

Th. VII. In Marchia olim Jus Saxonicum obtinuit, ex quo, licet postea sublatum sit, multæ tamen ibidem adhuc supersunt reliquiæ. *Schepl. C. M. p. 2. T. 1. §. 1.* Olim itaque ibi investituræ renovationem simultaneè investitos sine dubio omni mutationis casu petere debuisse nullum dubium est: sed anno 1602. d. 1. Dec. Edicto Electorali placuit, ut tantum in casum mutati Domini peteretur renovatio ista. Quod & repetitum fuit *Rec. Provinciali Marchiæ. 1653. §. 11.* & novissimè d. 10. Maji 1683. Edicto Electorali. *Schepl. Const. March. T. 6. §. 3. n. 47. D. à Rbez 1. F. 8. p. 350.* Sed ultimum hoc Edictum mox aliud eodem anno secutum 1683. d. 1. Dec. quo declaratur, Edictum illud de anno 1602. nunquam esse publici juris factum, aut ad observantiam deductum, caveturque in Marchia utroque casu, sive Dominus sive Vasallus mutetur renovationem petendam esse, ita ut hoc non tantum in futurum valere debeat, sed etiam casus præteriti secundum hanc regulam deciderentur. *D. Stryk. de Succ. ab intest. d. XII. c. 5. §. 18.*

Th. VIII. Mortuo Domino, si plures successores reliquit, ab

A 3

omnibus



omnibus conjunctim, non à singulis, petenda est renovatio investituræ, omnibus etiam conjunctim fidelitas præstanda. *II. F. 15. § fin. 37. 102. LehnR. vid. supra Ex. XI. Struv. X. 2.* Peragunt autem istam renovationem & juramentum recipiunt, vel omnes simul præsentés, vel unus nomine omnium, quem vel ipsi constituunt, vel si dissentiant, superior. *Carpz. II. 45. 29. Rosentb. 6. 38.* Si unus ex dominis pluribus pro indiviso sc. mutetur aut liberos reliquit, aut non: Priori casu opus est renovatione investituræ; non verò posteriori, quia defuncti pars ad reliquos condominos transit, quibus fidelitatem jam juravit, & promisit Vasallus. *Franzk. L. 1. R. 19. n. 22.* Opus tamen est aliqua declaratione Vasalli, qua ad cæteros Dominos partem domini directi devolutam se recognoscere ostendat. *Franzk. d. l.* Porro, si duo Domini territorium vel regiones dividant, Vasallorum eorum quilibet apud Dominum, qui obtigit, renovatio nem investituræ petere debet. *Carpz. p. 2. c. 45. d. 46.* putarem tamen hocce casu non esse præcisè opus nova jurisjurandi præstatione. Cæterum si unus ex Dominis est, senior fortè vel alius, qui nomine omnium feuda confert, *der die Lehnische Hand / eo mutato saltem renovatio fit investituræ. Franzk. d. l. n. 34. Eub. Elect. Feud. c. 8. §. 5.*

Th. IX. Si Vasallus moriatur, atque plures successores relinquat, horumque unus solus Feudum accipiat, is solus quoque petit renovationem Investituræ. *§. omnes. II. F. 26.* Si Feudum vero dividant nullum dubium, quin quilibet pro parte sua renovationem investituræ petere & fidelitatem præstare debeat. *II. F. 77.* namque tot jam sunt Feuda, quot partes in divisione factæ. Si indivisim & communiter possideant, adhuc singuli renovationem petere & fidelitatem jurare tenentur. *II. F. 26. §. omnes filii 55. §. præterea,* quamvis fidelitas, quam omnes præstant, ratione istius Feudi pro una, idemque etiam servitium pro uno habeatur. *II. F. 77. H. Pist. qu. 17. Ludov. d. l. c. 1. p. 329.* Aliquando ex pluribus Vasallis consensu Domini unus constituitur, qui vices omnium sustinet, vocariq; solet, *Lehnträger*: hîc nomine omnium renovationem petit, & servitia exhibet, atque non, nisi eo mortuo investitura iterum est renovanda, quamvis & reliqui nihilominus fidem & reverentiam Domino debeant. *Ros. 6. 36. n. 5. Rosentb. c. 6. concl. 36. Mynsinger 5. obs. 9.*  
Ejus-



Ejusmodi vicarius Vasallus à Civitatibus, Collegiis, Universitatibus &c. constituitur, quo mortuo itidem renovatione est opus. *Schrad. p. 6. c. 1. n. 2. Struv. 10. 3.* Differt hinc vicarius à procuratore, qui absentis nomine speciali cum mandato petit investituram, & in animam constituentis jurat. *Vult. I. F. 7. 91. D. Ludov. d. 1. p. 331.*

Th. X. *Jobannes Stuckius conf. 26. n. 336.* asserit, universali Germaniæ consuetudine receptum esse, ut quando plures in Regalibus Feudis succedunt, Senior de Familia omnium nomine investituram à Cæsare petere soleat. Sed licet in quibusdam Familiis ex privilegio peculiari Cæsareo hæc ita usu veniant, quale quid de Anhaltina aliisque &c. refertur. *Itter. de F. I. c. XI. §. 2. seqq.* nullum tamen jus universale inde adstrui poterit. Arbitramur potius in regula Juris Feudalis communis esse subsistendum.

Th. XI. Si ex pluribus Vasallis Feudum pro indiviso possidentibus mortuus unus sit, interest an liberos reliquerit, an non? Priori casu sine dubio ab istis liberis renovatio Investituræ petenda, & juramentum præstandum. Posteriori casu verò nulla opus esse volunt, renovatione, quoniam hocce casu Vasallum non mutari sibi persuadent. *Berlich. p. 3. c. 53. n. 36. Struv. d. 1. Tb. III. n. 2.* Sed quia tamen ratione partis illius intellectualis vel pro indiviso, quæ ad defunctum pertinuit, revera mutatio contigit, atque intuitu illius partis alter ceu novus Vasallus succedit, putaremus & hocce casu a liqua saltem petitione renovationis seu agnitione juris feudistici, declaratione ve Vasallum & ratione hujus partis fidelitatem præstare atque omnibus officiis Vasalli satisfacere velle, esse opus. *Conf. Struv. 10. 3.* Idem erit dicendum, si duo Vasalli diviserint inter se Feudum, & uni id obtigerit. *Conf. Struv. d. 1. n. 5.* Placet inserere, quæ Acta ex Lusatia inferiori transmissa suppeditarunt. Extract aus denen Fürstl. Sächsl. Erledigung deren Landes gravaminum vom 17. May. 1678. Haben Ihr Fürstl. Durchl. die observanz und viel Exempel, vermögen deren es bißhero bräuchlich gewesen/ daß wann Brüder in communion (absque dubio intelligitur, communitio pro indiviso.) sich befunden/und einer von denenselben verstorben/ die überlebende über dessen hinterlassenes Antheil binnen Jahr und Tag die Lehen suchen müsten/ vor sich/ daher Sie wohl



wohl Ursache hätten es aller dinges darbey verbleiben zulassen/  
nichts desto weniger aber und damit die gehorsamen Stände  
nimb so viel mehr erkennen mögen/welcher Gestalt Ihr Fürstl.  
Durchl.denenselben alle mögliche Vergnügung zu geben geneigt/  
so wollen Sie nunmehr sothane observanz hiermit fahren und  
der getreuen Stände suchen stat finden/ auch deswegen Befehl  
an die Ober Ampts Regierung ergehen lassen etc.

XII. Illam, qui de Feudo novo investiendus est, posse expe-  
ctare citationem Domini, supra fuit dictum Exercit. XI. Sed aliter  
se habet cum eo, qui petere debet renovationem. Hic enim intra  
annum & diem à facta mutatione officio suo debet satisfacere. II.  
*F.24. pr.1.* Dies ille anno adjectus est relaxationis ergo, eoque non  
unicus dies, sed mensis intelligitur *I.F. 22.* pari ratione ac jure Sa-  
xonico, quando de anno & die sermo est, non unicus dies, sed aliud  
spatium temporis brevioris annum excedentis 6. septimanarum scil.  
& 3. dierum intelligitur. Quam sententiam arripere malumus,  
quam ineptam Doctorum distinctionem inter paganum & militem  
facere nostram. *C. Auton. Disp. 8. Tb. 3.* Nescimus, an molestè solli-  
citi illi sint, qui causam indagare volunt, cur hoc, non aliud tem-  
poris spatium jure feudali sit receptum? Inter quos est Bocerus.  
*Tract. Feud. c. 7. n. 19.* Nolumus rationem, quam habet in medium  
proferre, existimantes, nullam hic aliam causam posse dari, quam  
quod Juris Feudistici conditoribus spatium hoc justum & sufficiens  
visum fuerit, intra quod Vasallus officio suo posset fungi *Rosentb.*  
*c. 6. concl. 30. Finckelth. c. 7. contr. 16.* Utrum idem spatium quoad  
Feuda Imperii sit concessum dubium quodammodo facit Ordina-  
tio Regimenti 1521. §. und behalten uns etc. ibi: Nach verscheinung  
des ersten Jahres/ darinneneinen jeden seine Regalien zu empfangen  
gebühret etc. ita ut Limn. verbis hisce in hærens annum tantum Va-  
sallis hic esse relictum non dubitet affirmare, *lib. 4. c. 7. num. 3.* Verum  
non putamus jus commune ista ordinatione esse correctum, sed sal-  
tem anni tanquam potioris temporis & quidem incidenter ibidem  
factam esse mentionem; eoque lubentius in hanc concedimus sen-  
tentiam, quod correctio Juris non temere præsumenda, sed poti-  
us jus novum ex veteri explicandum. *Franzk. ad tit. de LL. Schulz.*

vol. I.



*Vol. 1. Colleg. I. P. Disp. 7. tit. 18. lit. D.* Accedit, quod iniquum videatur, Vasallos Imperii summo illustrique loco positos, arctioribus limitibus, quam privatos, includi. *Itter de F. I. v. 11. §. 4.* Illud tamen notandum est, in Feudis Ecclesiasticis annum computandum esse non à die vacantiae, sed à die electionis & postulationis. *art. 5. §. 21. I. P.* Jure Saxonico renovatio investiturae petenda est intra annum & diem scil. Saxonicum, ein Jahr 6. Wochen 3. Tage. *LehnR. c. 22. 25. Const. 45. P. 2. ibiq. Carpz. Lehnmandat de dato den 12. Sept. 1691. §. 5.*

XIII. Tempus hocce ratione initii utile est arg. *II. F. 9. §. 1. verb: ex quo sciverit computando* h. e. currit à die scientiae. Sic ignorantia non nocet, modò non sit supina & affectata, qua in re, cum in animo lateat, juramento solet esse saepius locus. *Carpz. 2. 48. 20.* Quoad cursum verò continuum est, nisi impedimentum justum intervenerit. *Schrad. de Feud. p. 6. c. 2. n. 50.* quo calu tempus, quo duravit impedimentum, ex spatio illo lege constituto deducendum erit. *Schrad. d. l. n. 59.* Ipsum vero tempus à domino coarctari nequit vasallo invito. *II. F. 2. §. fin. II. F. 3. in fine.* (Jus Saxonicum *art. 22. 50. LandR.* in diversa abiens quoad amissionem Feudi usu vix servari scribit *Schulz. Syn. Feud. c. 9. n. 67.*) nec prorogari poterit eo invito, cum hujus interesse possit, investituram non differri. *Vultej. lib. 1. Feud. 7. n. 63.* Nullum tamen dubium est, posse dominum ad preces Vasalli dilationem (*Lehn Indult.*) dare, imo interdum etiam ob justam causam ad illam concedendam teneri. Saepius indulgentiam dari ratione Feudorum Imperii, docet *Itter de F. I. d. l. §. 7.*

XIV. Quod si Vasallus debito tempore dolosè vel negligentia inexcusabili non petierit renovationem investiturae, contemnere videtur Dominum, feloniam committit, atque Feudo ideo privatur. *II. F. 24. pr.* non tantum ipse, sed liberi quoque, si scil. vivente patre ad privationem Dominus egit. *Carpz. 3. 27. II.* & Feudum ad Dominum redit, post mortem tamen Vasalli delinquentis & ejus liberorum ad Agnatos revertitur, quibus delinquendo praerudicium adferre Vasallus non potuit. *II. F. 78. 94. Struv. XIX. 8. 5.* Quae ipsa poena omissae renovationis investiturae procul dubio intuitu Feudorum Imperii habet locum, quod rationibus & exemplis probat late

B

Dn.



*Dn. Ieter de F. l. c. 11. th. 5. conf. c. 144. lib. 2. Spec. Svec.* Neque etiam  
foeminae hic excusantur, cum renovatio investiturae sit de natura Feu-  
di Dd. *in pr. II. F. 3.* quae aequae foeminam ac masculum stringunt,  
hancque rem foemina, quae Feudum accepit tanquam notissimam,  
vix ignorare possit. *Ludov. de ren. Invest. c. 1. p. 325.*

XV. Sed non tamen ita rigorose cum Vasallis agitur, ut non in-  
terdum excusatio inveniat locum. Omnis enim causa quae a mora  
excusat, veniam etiam meretur ob omissam hanc renovationem. *I. F. 22.*  
Hinc si Dominus sit justè vel injustè in loco remoto absens, nec  
reliquerit, qui ejus nomine investire possint. *Ros, c. 6. 150.* vel inimi-  
cus Vasalli capitalis. *I. F. 22.* vel infans & tutore destitutus. *I. F. 22.* vel  
si cum alio de Feudi dominio litiget. *Schrad. 6. 2. 22.* vel si Vasallus  
pupillus sit. *II. F. 22. 55.* vel ignoret mutationem, vel ita justè ab-  
sens sit, ut petitio renovationis non possit fieri &c. utique *I. F. 22.*  
hic excusatione dignus est. *Carpz. 2. 45. 18. 19.* Plures casus apud Dd.  
*Rosenth. d. 1. 36. c. 6. Schrad. d. 1. Ludov. d. c. 1. 5 f.* legi possunt.  
Quae omnis res ad arbitrium Judicis maximopere spectat.

XVI. Si intra tempus destinatum renovationis Vasallus novus  
moriatur, e. g. 8vo mense post mortem Domini aut Vasalli prioris,  
novo successoris annus denuo est concedendus. *I. F. 22. Carpz. p. 2.  
const. 45. def. 18. ad L. 10. C. de l. deliber.* Ad ea, quae objici solent, re-  
spondebimus. *Schrad. p. 6. c. 2. n. 71.*

XVII. Quoad Feuda exigua rustica, Schulken oder Richter-  
Güther und dergleichen / davon keine Ritterdienste gethan wer-  
den idem obtinet, ac in aliis Feudis: neque enim hac parte aliud quid  
alicubi est constitutum. Moribus tamen, praesertim in Saxonia, id tam  
strictè exigi non solet. *Rosenth. c. 7. concl. 32. n. 3. Carpz. II. 45. 21.*  
Imò in genere notant Interpretes, quod Principes & Domini Feudi  
non soleant rigorem Iuris Feudalis observare ob solam neglectam re-  
novationem investiturae, sed potius condonare culpam, saltem  
poena seu emenda aliqua dictata. *Andr. de Iseru. capit. quo tempore  
miles. H. Pist. lib. 2. qv. 18. n. 8.* Similiter purgari posse inoram tra-  
dunt, si id fiat antequam vocetur à Domino in judicium. *Matthaus  
de Afflictor. cap. 1. Vultej. I. Feud. II. num. 25.* Sed si di-  
cendum, quod res est, omnia haec ad benignitatem & arbitrium Do-

FOIIE



mini spectant, qui jure suo uti procul dubio poterit, si velit, ita ut nulli faciat injuriam. *arg. L. D. de R. I. C. L. 23. ff. de O. & A.* Quemadmodum sapius in Collegio Wittenbergensi responsum esse meminimus, Quorsum etiam respicit Responsum Ienenle ap. *Dn. Struv. Obs. Feud. ad cap. 16. p. 125.* Neque etiam est, quod quis objiciat, hodie plerumque non intuitu militiæ, nec mero titulo lucravo ex sola gratia Domini acquiri Feuda, sed oneroso & pretio dato: atque adeo putet cum modernis Vasallis non adeo summo jure agendum esse. Nam, ut taceam, hodie non raro Feuda gratuito & ex sola gratia Domini concedi, nihil detrahi potest Domini juri, si maxime ipse pretio accepto investiat Vasallum, siquidem nihil obstat, quo minus & hocce calu Feudum gratuitum dici possit. *Exerc. III. Th. 13. 14* Nec habet Vasallus de quo queratur, cum naturam negotii vel habuerit, vel certe debuerit habere satis perspectam. Multo minus autem tunc facultas Domini restringenda erit, si ejus consensu Vasallus Feudum ab alio emerit Vasallo: quandoquidem hocce calu Dominus gratuito ex mera gratia noviter beneficium transtulit in Fidelem.

XVIII. Quod si verò Dominus gratiam moræ facere Vasallo velit, & remittere culpam, utique illud ipsi licebit: & ita quidem, ut agnatorum vel simultaneè investorum non opus sit consensu: quandoquidem Felonia hæc in Dominum commissa, & ideo Feudum tamdiu ad Dominum devolvitur, *II. F. 24. 37.* quamdiu Vasallus delinquens & ejus descendentes sunt superstites; atque sic Dominus remittendo feloniam nullum adfert præjudicium agnatis & simultaneè investitis. *Carpz. p. 3. l. 27. d. 8. & Cit. VI. Res. 84. num. 13. Struv. X. 10.* Ad quam sententiam sæpissime & novissime M. Oct. 1693. H. D. à Zvveimen, ac nuper admodum M. Majo Regimini ----- in causa success. Feud. Nob. à -- responsum esse meminimus. Equidem Dominus *Struvius CXV. apb. 12. n. II.* facultatem istam soli Domino competentem ratione simultaneè investorum restringit ad casum, si gratia fiat, antequam simultaneè investitis reliquis successio fuerit delata: qua in re Collegium Ictum Ienense habet consentiens. Verum cum nullam legem, aut rationem videamus adductam, quæ generalitatem asserti nostri limitibus his includat; nullam etiã causam subesse putamus, cur non etiam successione



jam delata simultaneè investitiis Dominus sibi præjudicium inferre possit, & partem sibi, non simultaneè investitis delatam relinquere illi, qui feloniam commisit. Cæterum illum Vasallum, qui semel petita investitura scil. debito modo non repetiit petitionem, privandum esse Feudo, non arbitramur: cum jus Feudale sileat, nec poenæ extendendæ sint: sic non opus erit illis ambagibus, quas exigit *M. de Affi-ctis n.36*, quamvis non negemus utile esse, si Vasallus instet & iterato petat investituræ renovationem *Ludwell. d.l. p.363. Ros.6.65. n.5.6.*

XXIV. Si Dominus renovationem Investituræ, (ad quam Vasallus conditione ex *Lege* aut moribus agere potest. *Carpz. II. 45.23.* vel ex contractu feudali, uti *Struv. C. X. apb. XI. vult*) non conferat aut detrectet, dolosè scil. & sine justa causa dominio suo directo privandus est. Quæ sententia licet nullo textu expresso innitatur, inde tamen robur accipit, quod Dominus & Vasallus in illis, quæ nexum Feudalem respiciunt, judicantur ad paria *II. F. 6. II. F. 33. §. in fine* facit *Capit. l. in fine. II. F. 5. II. F. 26. Capit. 1. §. domino II. F. 47. c. 1. II. F. 50. Ludwell. de renovat. Invest. c. ult. p. 392.* Et quamvis hic ipse autor existimet, annum & diem Domino quoque currere à tempore mutationis: verius tamen putamus esse cum *Rosenthalio c. 6. concl. 60. n. 9. & Dn. Rhez. I. F. 22. p. 45.* fatale illud Domino labi à tempore debito modo petitæ investituræ.

XX. Si agnatus consensu Domini Feudum emat, renovatio est petenda *II. F. 24.* manet enim Feudum antiquum. Si vero extraneus emat Feudum, fit novum, & sic potest expectare citationem Domini *Ludw. de tract. de renov. Invest. c. 1. p. 327.* Quæ de re conferri possunt illa, quæ supra dicta *Exerc. XI.* Cæterum ille, cui Feudum sub pacto retrovenditionis venditum, successoresque hujus post primam investituram casu contingente mutationis renovationem utique petere tenentur, sicuti & illi huic rei obnoxii sunt, qui Feudum possident pignoratitium. Aliud vero est dicendum de eo, cui Feudum à Vasallo pignoris saltem loco traditum est. *Conf. Ludw. de renov. Invest. c. 1. p. 321. Dn. Lincker. Analect. c. 10. apb. 1. n. 4. Ex. IV. th. 12. 13.*

XXI. Utrum Vasallus in propria persona, & quo in loco petere debeat renovationem Investituræ, ex illis intelligi potest, quæ dicta *Exerc. XI. th. 4.* ubi etiam de præsentia testium actum est.

XXII.



XXII. Literæ, quibus investituræ renovatio petitur, vocantur Ansinnungs Zettel/ Lehnsinnung/ quas offerenti vel petenti recognitionem Feudi a Domino vel ex ejus Cancellaria datur attestatum, quod vocari solet Muth-Zedul/ quo possit diligentiam suam probare. Solet etiam Vasallo terminus præfigi, in quo renovatio suscipienda. Quâ facta accipit breve testatum, Lehn-Schein/quâ docere potest se denuo esse investitum. Ab hoc differt solenne investituræ instrumentum renovatum, Lehn-Brieff/ in forma extensa cum subscriptione Domini & Præsidis curiæ Feudalis. *Dn. Struv. 10. 4. Dn. Lincker in Analect. 8. 8. 1.* In Aula Electorali Saxonica aliter paulò res se habet. Es wird da selbst auff schriftl. Ansuchen keinem ein Muth-Zedul decretiret, sondern der supplicant dahin beschieden/ daß er sich selbst/ oder nach gelegenheit/ per mandatarium stellen/ und die Lehn/ oder simultaneam Investituram würcklich empfangen soll/ wie man dem auch keinem Lehnman/ wes Standes er sey/ ob er gleich darumb bittet/ einen gewissen Lehns-Termin zu Lehns-Empfängnis zu bestimmen pfleget/ sondern wann er sich angiebet/ kan er alle Tage etwan um 10. uhr/ wo sonst kein Impediment vorhanden / beliehen werden/ *Pertinet huc Mandat Elect. d. dat. 12. Nov. 1691. verbis:* Daß aber viel bishero sich unterfangen/ ihre Lehn und gesampfte Hand durch blosser eingeschickte supplicationes zu suchen/ und darüber stracks Muth-Zettel und Lehn-Brieffe zu bitten/ oder auch/ da sie zwar ihre supplicata eingesendet/ dennoch nichts weiter dabey gethan/ sondern die schuldige Lehns-Empfangung etliche Monath/ auch wohl Jahre hin negligiret/ und weder in Person/ noch durch Bevollmächtigte sich deswegen angegeben/ noch Indult gesucht/ das soll hiermit gänglich abgeschaffet und verbothen seyn/ sondern welcher die gewöhnliche Jahres Frist nach jeden sich begebenden Fall also hinstreichen läst/ und vor der Verlauff zum wenigsten nicht indult erhalten/ ob er schon supplicando einkommen/ soll selbiger Lehn oder Mittbelehnsschaft verlustig seyn. Es wäre denn/ daß er gnugsame Zeugnis seiner gebrauchten Vigilanz, und daß er wegen einigen bey solcher Lehn vorhandener Bedencklichkeiten/ und Hinderniß nicht da zu gelangen möge/darthon könnte. *Factâ autem Investiturâ breve testatum Lehn-*



und Muth-Bedula à Domino Cancellario, vel qui vicem ejus gerit,  
& a Secretario feudali subscriptum Vasallo datur, quod literæ Inve-  
stituræ solennes ab ipso quoque Serenissimo Electore subscriptæ &  
majori sigillo Feudali grossen Lehn-Siegel munitæ sequuntur. Qui-  
bus tabulis illi, qui actui præsentis interfuere, recensentur. His in-  
strumentis investituræ renovatio probari poterit; quibus defici-  
entibus de alia probatione sollicitus debet esse Vasallus. Cæterum  
instrumentum super renovata Investitura eodem tenore, quo prima  
Investitura est facta, confici debet: quia in renovatione nihil novi  
datur, sed datum quod antea est, confirmatur saltem. Hinc & po-  
steriora instrumenta ex priori, quod radix ac fundamentum sequen-  
tium dicitur, explicanda, & si posteriora à priori discrepent, error  
potius commissus imò continuatus, quàm quid mutatum censetur.  
*Schmd. p. 5. c. 2. num. 37. Ros. c. 6. c. 69. n. 15. Ros. c. 6. C. 69. n. 20.* ubi  
habentur limitationes. E re visum, adjicere his ea, quæ in Manda-  
to Electorali d. 12. Nov. 1691. habentur: Wir erklären uns aber  
hiermit ausdrückl. daß wir in denen Lehn-Brieffen von material-  
ibus mehr nicht als was in denen nechstorgehenden exprimiret,  
passiren lassen können/ es wäre denn/ daß es solche Stücke betreffe/  
so durch ausgebrachte Commission gnüßlich untersuchet/ und aus-  
sindig gemacht/ oder durch confirmirte Kauffe zum Haupt-Guthe  
gebracht/ und zusehender absonderlich in Lehn genommen werden/  
welche also dann den Lehn-Brieffe einverleibet werden können/  
maassen dann hingegen auch die jenigen Stücken/ so nach der  
Zeit von einem oder andern Guthe abkommen/nichts weniger an-  
gemeldet/ und aus den neuen Lehn-Brieffe gelassen werden sollen &c.

XXIII. Jure feudali renovatio investituræ gratis fieri debet,  
nec Laudemium, de cujus indole nobilis extat Franzkii tractatus,  
præstandum. Neque etiam hodie res aliter se habet: siquidem re-  
gulariter in Curii Feudalibus Vasalli nihil solvunt, quam sportu-  
las Cancellariæ pro brevi testato & instrumento Investituræ *Ludw.  
de renov. Invest. p. 356.* Idem dicendum ratione Feudorum Imperii  
in Aula Cæsarea: quamvis illa, quæ ibi solvantur die Lehn-Brieffe  
aus der Reichs-Hoff Cansley zu lösen/ und des Lehn-Taxes  
halber abusive Laudemium soleant vocari. *Rhet. I. F. 17. p. 456. liter.*

cap.



cap. XI. tit. 10. §. 11. Conf. Dn. Strykii Append. n. 52 p. 387. Instrum. P. Osnabr. art. 5. §. 9. Quod si itaque alicubi Laudemium solvatur, ex lege speciali vel consuetudine, vel conventionem id est, quæ omnia Dominus cum quantitate (quæ in Emphyteusi jure civili 50. est pars L. fin. C. de jure emphyteutico) probare debet. Quod quomodo fiat, eleganter docet Franzk, d. tract. c. 4. n. 29. In Saxonia, qui Laudemia universaliter & uniformiter recepta esse tradunt, fallunt & falluntur. Neque enim in Aula Electorali ratione Feudorum ab ea dependentium, neque etiam ratione aliorum Feudorum, sive à Præfecturis Electoralibus, sive aliis Dominis Feudalibus concessorum regulariter præstantur Laudemia, nisi hoc vel illo loco, vel in hoc vel isto Feudo esse recepta, doceri possit. Nec etiam ubique 20. pars præcisè solvi solet (5. von 100.) sed interdum plus, interdum minus Carpz. §. II. const. 39. num. 12. Lip. 1. Resp. 90. n. 2. Colerus dec. 33. num. 3. Ratione Taxæ in mandato supra allegato sequentia habentur: Wenn sie nun drittens beliehen/ wollen wir auch/ daß ein jeder den auff's neue gefertigten Lehn-Brieff umb den gesetzten und gewöhnlichen leidlichen Taxt unverlangt ablöse/ uund zu mehrerer Gewisheit solcher Taxe einen landüblichen Anschlag seines Guths oder Lehns-Stücks zugleich mit übergebe/ oder doch den wahren Werth desselben seinen Pflichten nach anmelde.

XXIX. Quo casu Laudemium præstandum, regula universalis vix comprehendere poterit, cum omnia ex consuetudine dependant, & Laudemia in tantum præstanda, in quantum sunt recepta. Interim ea, quæ ut plurimum sunt, ex Franzkio d. l. disci poterunt. In universum autem notandum, consuetudinem strictissime hisce casibus esse interpretandam, nec ad casus non expressos extendendam. Franzk. c. IV. n. 18. Carpz. II. 39. 23. Hinc licet mutato Vasallo Laudemium præstetur: non tamen ideo etiam præstandum est statim, si Dominus mutetur, Struv. c. 10. tit. 13. n. 1. Porro si liberi conjunctim Laudemium solverint die gesampfte Lehn-Wahr/ & postea dividerint Feudum, non obstriti sunt, ut denuo pro singulis partibus illud solvant. Franzk. de Landam. 8. 17.

XXV. Si à perfecta & consummata venditione, ubi non tantum de pretio conventum, sed & traditio secuta, investituraque jam facta  
atque



contrahentes iterum recedunt, Laudemium solvi debet, quoniam  
revera nova fit venditio, novaque opus est investitura. *Carpzov p.*  
*II. 30. def. 13. 9.* Quod si autem investitura nondum facta, licet  
possessio jam in emptorem translata, cessat Laudemii præstatio, quippe  
quod pro investitura solvi debet *Franzk. de Laud. c. 5. num. 15. 47.*  
Quid juris sit in venditione cum pacto de retrovendendo docet  
idem *d. l. c. 16. n. 2.*

XXVI. Cum ex duobus fratribus nobilibus possidentibus  
Feudum pro indiviso, quorum subditi in calum mutati Domini  
laudemis præstare debebant, vi librorum censualium der Erbs  
Register/ diem unus obiisset, superstes dimidiam partem laude-  
mii exigebat à subditis. Quæsitum fuit an rectè? Affirmativam  
tueri non dubitavit *Facultas Wittebergensis Resp. C. a. d. W. M. Jun. 1694*

Add. ad Th. XVIII. Ne vacuum detur, placet rationes deci-  
dendi adjicere, quas reddidit non ita pridem nostrum Collegium  
R----- in causa Nob. à----- So viel die Intervenienten betrifft/  
wollen Herrn Klägere diese von der Lehns - Succession darumb  
gänzl. ausschliesseu/ weil dero Vater bey unterschiedenen Fällen  
der gesamten Handt keine folge geleistet/ dabey sie denn anzuf-  
ühren wissen/ daß der Lehns-Herr numehro da denen übrigen  
Mittbelehnten das Lehn angefallen/ zu deren Nachtheil den be-  
gangenen und besage *Actor. Δ fol. 64. 67.* geantheten/ Lehns  
Fehler *Vol. Δ fol. 99.* nicht remittiren können/ wobey ihnen  
denn des Herrn Struvii Doctrin, und das dabey angeführte Jeni-  
sche Responsum.

*S. J. Feud. c. XV. Th. 12. n. 11.*

zu statten zu kommen scheint. Alldiweilen aber aus denen ge-  
meinen Lehn-Rechten satzsam bekant/ und von denen meisten  
Rechts-Lehrern als ein gewisses principium angenommen wird/  
daß in denen Fällen/ wenn der Lehnsfehler wieder die Person  
des Lehns-Herrn begangen worden/ und zum Exempel der Lehn  
keine gebührende Folge geschehen/ das Lehn besagtem Lehns-  
Herrn/ so lange als der delinquente und dessen descendenten am  
leben/ nach dero Abgang aber erst denen Agnaten anheim fallen/

*Struv.*



Struv. C. XV. apb. 14.

H, Pistor. L. 2. qu. 16. 18.

Carpz. p. 3. C. 27. d. 11.

in denen Sächß. Lehn-Rechten auch derer Mitbelehr-  
schafften halber ein anders dießfals nicht verordnet/ und  
daher mit guten Grunde zuschliessen / daß des Herrn  
----- Hoch-Fürstl. Durchl. als Lehns-Herrn des  
Obristen von N. Antheil an der Mitbelehn-schafft qua-  
stionis wegen des begangenen Lehns-Fehlers nach vor-  
hergehenden rechtl. Ausspruch anff obgesagte Art/ so lan-  
ge nehmlich als besagten Obristens *descendenten* vorhan-  
den zugefallen/ bey dieser Bewandtnuß keine Ursache zu-  
erfinden/warum Höchstgedachte S. Hoch-Fürstl. Durchl.  
als Lehns-Herrn jenem selbst oder dessen Söhnen *tacite*  
oder *expresse* nicht *pardoniren* können sollen/ in mehrerer  
Erwegung dieselbe hierinne nicht denen Mitbelehn-ten / als  
welche an dieser *portion* zur Zeit keine *actuale jus suc-  
cessionis* haben/ sondern sich selbst *prajudiciren* / und also  
solches lediglich in dero gnädigsten Gefallen beruhet/ dies-  
ser Meynung auch Herr Carpzovius p. 3. C. 17. d. 8. n. 4.

17. 18. & def. 17. 11. 7. 8. L. VI. R. 84. n. 11.

beypflichtet / und nach selbiger in unsern Collegio zu un-  
terschiedenen mahlen gesprochen worden/ in übrigen die  
bey Herrn Struvio befindliche *distinction*, ob die *remis-  
sion* vor den Lehns-Fall oder hernach geschehen/ mit keinem  
*textu juris*, oder einiger *ration* behauptet wird / zugeschwet-  
gen daß *ratione* des Antheils/ welches sonst dem jent-  
gen so der gesampten Hand keine Folge gerhan/ zukom-  
men



4548.  
men/ die *successio* denen übrigen Mitbelehnten/ so die ges  
sampte Hand nicht auff das ganze Lehn/ sondern zu  
ihren Antheilen/ und *pro partibus pro indiviso* erlanget/  
*deferret* worden/ nicht gesaget werden mag/ immaassen  
solches Antheil/ wie bereits angeführet/ an den Lehns-  
Herrn kommen/ und also weil zur Zeit denen Mitbe-  
lehnten daran kein Recht zustehet/ ihnen nichts daran  
gelegten seyn kann/ ob der Lehns-Herr vor oder nach er-  
eigneten Lehns-Fall *pardon* ertheile. So haben wir aus  
diesen Ursachen einmüthiglich dahin geschlossen/ daß  
*Intervenienten* allerdings nebenst denen andern  
*Interessenten* zur *succession* mit zulassen/2c.






ULB Halle 3  
005 361 702




VD 17











50 14  
1644  
8e

Q. R. B. V.  
POSITIONUM JURIS FEUDALIS  
*Exercitatio Decima quarta*  
DE  
**RENOVATIONE**  
**INVESTITURÆ,**

*Quam*  
PRÆSIDE  
CASPARE HEINRICO HORNIO,  
J.U.D. Pandectarum P.P. atq; Collegiorum  
Juridicorum, quæ hic sunt, Adessore,

*D. 27. Novembr. M DC. XCIV.*  
*In Auditorio Fctorum*  
publice defendet  
GEORGIUS GODOFREDUS HOFMANN,  
Seyda-Saxo.



WITTEMBERGÆ, Prælo GODERITSCHIANO.

